



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1602

20. De scrupulosa Conscientia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14077

Scrib. libr. 7.
de sub. q.
q. 4. 2. pau-
lo p. cons-
tra. 4. Me-
diu. in in-
fru. conse-
t. 6. 1. 4.
q. 7.
Age. Vo-
tuu. 1. ma-
12. Synt.
Vetus. 2.
versus. 4.
frondum.
Archi. in-
sa. non fo-
lam. 23.
quæst. 8.

Decimò queritur. An Titius si dubio sit animo, an votum Deo fecerit, an quidpiam jurauerit, an promiserit, an cum alio ineundo contradicere cōsenserit, debeat tanquam tuiorem partem amplexus existimare se votum fecisse, juraesse, promisisse aut in contractu cōfensisse. Sotus putat in his non esse Regulam iuris tenendam, quæ ait Tuiorem partem eligi oportere, sed aliam quia dicitur, Meliorem esse conditionem possidentis. Et quia quisque est suæ libertatis possessor cum hæsit, an quippiam voverit, iurauerit, promiserit, tunc iudicare potest se non voulse, neque iurasse, aut promisisse. **At profecto longe verius est,** quod alij trahiderunt, in his & alijs huiusmodi, tuiorem partem esse eligendam. Et cum tutius sit, vt quis putet, se nouisse vel iurasse, vel in contractu cōfessisse, seruanda sunt hæc omnia: alioqui peccati periculum sibi creat, nam forte aut votum, aut iusserandum aut fidem in contractu datam violabit. Nec in his locum habet dicta Regula Iuris: Melior est conditio possidentis: **hac enim Regula locum habet in re & ma-**
teria iustitiae alioqui pari & ambigua. Ex quo fit vt si Titius dubitet homicidium, ne an aliud crimen admiserit in quod sit iure constituta excommunicatione, suspensio, interdictum vel Irregularitas, debeat tuiorem partem secutus se a diuinis officijs continere.

Vndeclimò queritur. Quid sit dicendum, si Titius iuris dubitationem habeat, nimurum an hoc, an illud crimen in iure excommunicatione, suspensione, an irregularitate afficiatur? **Respondeo.** Regulam iuris esse seruandam: odia & poenæ sunt refringenda, & in his locu[m] habet id, quod habetur in cap. Is qui, De senten. excommunic. in 6. Nullum esse irregularem censendum nisi in iure exprimatur. Quare in poenis & odiois fidem non facit argumētum à pari, vel simili sumptum: poenæ enim & odia unius delicti, ad aliud simile minime trahuntur: licet in ijs, quæ ad commodum, & bonum singulorum spectant, locum & vim tenere possit argumentum à pari vel simili ductu[m], ita vt quod est de vno in iure statutum, ad aliud simile protendatur.

Duodecimò queritur. Quid dicendū sit, quando Titius dubio & anticipiti animo est de iure, videlicet an hæc, an illa lex excommunicationem, suspensionem vel irregularitatem constituerit homines teneat ac liget; quia ambigit, an ea lex sit vnu recepta. **Respondeo.** Cum materia sit in odiois vel poenis, Titics in foro conscientie potest eam partem amplecti, quæ negat legem vnu esse receptam. Et idem iuris est si inter autores sint probabiles sententia, quibusdam affirmantibus eam esse vnu receptam, alijs contra negantibus, potest enim quis sententia negantium adhærere tuta & salua conscientia.

Tertiodecimò queritur. An possit Titius cum generatim dubitat, licet necne in die festo iter facere, speciatim certò opinari, fas esse sibi, in hoc aut illo die festo iter facere: **Caietanus in. 1.** 2. q. 19. art. 5. & Nauarr. de penit. d. 7. cap. 5. **Si quis autem.** in. 62. & alij in vniuersitate docent posse aliquem dubitare generaliter de reali qua facienda, & nihilominus specialiter certò credere rem in hoc aut illo casu se posse tuta conscientia facere. **Cor-**

dubens tamen lib. 3. suarum questionum. q. 8. nittitur hanc sententia conuellerere ea ratione, quod particularis cōclusio ex generali colligitur: ergo si Titius hæsit generatim, an liceat in die festo iter confidere, necessariò etiam ambigit, an possit in hoc die festo iter facere. Attamen prima opinio verior mihi videtur, quia intelligitur iuxta ea, quæ hactenus diximus, posse aliquem de re facienda dubitare ex principijs ab ipsa re sumptis, & nihil prorsus ambigere de eadem re facienda, ex principijs communibus, vel extrinsecis petitis & ductis. Quare potest Titius dubio esse animo ex principijs acceptis à re generatim, an liceat in die sacro iter in locum aliquem habere; & tamē certò & indubitate credere, sibi licere hoc die sacro solemni id facere; quia de hoc die possunt esse probabiles sententia, quæ oppositum docent: rursus potest esse probabile boni, & periti viri consilium, licere hoc die festo iter suscipere: Insuper quia Titius nouit alios bonos, & doctos viros hoc die sacro iter facientes. **Ex quo efficitur;** vt quamvis rudis & imperitus quippiam sit, possit aliter atque ex Parocho, Magistro vel concionatore accepit, aliquid factitare. Sit exemplū: Titius rusticus cōcionantem Parochum audiuīt, significante[m] que hoc aut illud facere nefas esse, incipit dubitare liceat necne sibi id facere, cū ante crediderit id licere. Quamvis igitur modo hæsitare coepit, potest iure cōtrarium agere; quia potest probabiliter existimare Parochum forstā esse deceptum, aut certè ex probabili aliorum consilio oppositam sententiam amplecti.

Cap. XX.

De scrupulosa conscientia.

Primo queritur. Quæ sit scrupulosa conscientia. **Respondeo.** scrupulum esse in anima sollicititudinem, suspicionem, & dubitationem hominis conscientiam pugnentem & cruciantem instar lapilli exigui in calceo latentis, qui pedem laedit, & vexat. Scrupulosus igitur animus est, qui in questione ad actionem pertinente vni parti adhæret, sed motus ex leuius duntaxat conjecturis, vel argumentis. Et scrupulosus animus aliquando vni parti questionis assentitur, sed de parte opposita dubitat; an ea potius sit vera, & an partem eam, cui per assensum adhæret, sibi liceat sequi: aliquando in vtraque parte questionis hæsit non sine molesta.

Secundò queritur. Quid distet inter conscientiam scrupulam & dubiam. **Respondeo.** Interesse plurimum. Nam qui dubio animo est, neutri questionis parti suum præstat assensum; at scrupulosa conscientia, vni parti questionis per assensum accedit, verū de parte opposita dubitat, an ea si verior; ac rursus ita vni parti assentitur, vt leuiter vel ab assensu recedat: vel incipiat dubitare. Insuper dubia conscientia propter probabiles veriusque partis rationes ambigit: at vero scrupulosus animus propter leuiuscula quæque argumenta hæsit, immo aliquando absque vla la ratione dubitat.

Tertiò queritur. Quomodo scrupulosus animus dignoscatur; **Respondeo.** eo quod in re vna

pluribus sè pessimè absque arguento probabili dubitat, & est animo suspensò. Deinde eo quod frequenter leui ex causa motus in dubitationem res quacunque vocare confuerit.

Quartò queritur, Quot modis scrupuli contingant. **Respondeo.** Scrupulos ad duo potissimum capita reuocari. Nam scrupulosus aliquando quis est in discutiendis, & internoscendis peccatis ante commissis: aut in suis operibus examinandis, velut cù scrupulus quis angitetur, an integrè, ac uti oportebat, sua peccata Sacerdoti fuerit confessus; an peccato confenserit: an quidpiam voverit, an aliquid se facturum iurauerit: an suum officium ritè fecerit: an hoc aut illud omiserit. Aliquando verò scrupulosus quis est in peccatis in futurum cauendis, ut cum dubitet paßim, an hoc, an illud sibi licet facere. Aliquando scrupulosi vexantur, dubitantes anxie, an sint aliqua excommunicatione, suspenſione vel irregularitate adstricti, & affecti. Aliqui scrupulis virginatur, eo quod ambigunt, an votum faciant in omnibus ijs, quæ se facere decernunt, & an sint charitate & gratia Dei prædicti: & num in bono viate statu sint, an malo: vnde misere discrucianter.

Quintò queritur, Ex quibus causis scrupuli oriantur. **Respondeo.** Ex multis ac varijs. Nam aliquando démoni luggerente scrupuli iniiciuntur animis: Aliquando ex imbecillitate capitis nascuntur: Aliquando ex mala corporis constitutione, ex animi infirmitate, ex inscribia, ex hominum scrupulorum confortio & familiaritate existunt. Demum aliquando nonnulli ob poenam peccati alicuius, vel ob salutem, & maius bonus iporum diuina voluntate scrupulis quibusdam diuexantur, exercentur ac probantur.

Sextò queritur, Quibus modis scrupuli ex conscientia eximantur. **Respondeo.** Multis & diversis, sed inter alia his etiam. **Primo** quidem si scrupulosus precepto sui Superioris obéperet. **Quidam** (vt fertur) sancti Bernardi discipulus scrupulis adeo premebatur miser, vt sacrum facere non auderet: fecit tandem ille, obediens volens sancto Bernardo sibi dicenti: Vade & mea fide confisi, sacrificia: quod postquam fecis, ab scrupulis deinceps liber, & solitus penitus easufit. **Secondo** modis: si scrupulosus boni & periti hominis consilio ducatur; & regatur, non suo iudicio sensuque proprio ut plurimum fallaci. Vnde scrupulosus cuidam amicus post obitum occurreris perhibetur, à quo, cum de ijs, quibus angabantur scrupulus sententiam rogaret, responsum accepit: vade, & consule bonos & doctos, & in eorum consilij, & monitionibus acquefice. **Tertio** si scrupulosus suos scrupulos frequenter deponat, & abiiciat, aliorum consilium fecutus. **Quarto** modo si quis contra suos scrupulos sape factaret, probabili aliqua ratione permotus. **Denique** si in omnibus ei Sacerdoti, cui de more sua peccata confitetur, fidem habeat, ac pareat.

Septimi queritur, Quibus remedijis vti poterit, qui scrupulosus hominis confessiones audire consuevit, ad pacandam eius conscientiam, & ut eius animum tranquillet. **Respondeo** ultra spiritualia multa alia remedia, hæc etiam adhi-

bear. **Primò** cum admoneat, vti nullum esse lehale peccatum existimet, nisi esse, certò cognoverit. **Secundò** eum moneat, vt aliorum bonorum hominum consilij & sententij acquiescat. **Tertiò** frequenter, ac vt plurimum non admittat eius dubitationes, nec ad se dubitandi, & interrogandi gratia eum accurrentem excipiat, sed excludat hominem & amandet, & si opus sit etiam verbis ad id appositis & accommodatis absterreat. **Quartò** noui permittat eum vlo modo de scrupulis, & dubijs confiteri: imperet autem ei, vt tantum ea, qua manifestè peccata esse cognouerit, confiteatur: alioqui certè nunquam ex animo eius scrupulosus euellet. **Potremò** scrupulosi hominis dubitationes semper in mitorem, & meliorem partem accipiāt, ac interpretetur: dubia enim in meliorem partem accipienda sunt, cap. estote de regulis iuris. & in re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus iustum est, quam tutum. leg. proximè ff. de his que in testam. delen. Multa alia de scrupulosi hominibus curandis legi possunt apud Sylvestrum de scrupulis, & de scrupulosis: vbi multa habet ex Gerfone, & alijs accepta.

Cap. XXI.

De quibusdam circumstantijs que ad honestatem actus humani sunt necessariae.

PRIMO queritur, An vt opus humanum sit bonum in moribus, necesse sit, vt expresse vel implicitè fiat causa Dei. Duæ sunt opiniones. **Prima** est Ariminensis, qui docet esse necessarium, vt fiat propter Deum. **Ait enim**, vt opus sit bonum in moribus, hoc est, ex obiecto & materia, fine & omnibus circumstantijs, oportere, vt actus vel faltem virtute, & ratione alicuius actus prioris referatur in Deum, ita vt si & dicatur verè opus factum propter Deum. Et proinde vult hanc circumstantiam, quam diximus, esse veniam ex debit is & requisitis, quæ si desit, actus quidem erit bonus ex obiecto genere, vel natura sua; malus tamen eo quod non fiat propter Deum, cuius causa fieri debet, eo scilicet tempore, quo eiusmodi circumstantia in actu requiriuntur. Quod si actus non debetur, tunc actus nec erit bonus, nec malus: non quidem bonus, quia non fit causa Dei, quod actus bonitas desiderat, ac postulat; non malus quia non deest huicmodo circumstantia, quando adesse deberet: erit ramen actus indifferens. **Huius generis**, inquit, opera sunt, honorare parentes, depositum reddere, miseriam indigentibus subleuare, non quidem causa Dei facta, sed solo pietatis studio. Hec ex Gregorio, qui idcirco hanc sententiam est sectatus; quia Augustinus & alij, Patres contra Pelagium sape docent opera non esse bona nisi sicut causa Dei, studio pieratis, religionis, & amoris in ipsum. Altera opinio est communis Theologorum confessu approbata, vt opus aliquod sit bonum in morib⁹ sufficere, si fiat studio, & causa honestatis: ita vt si ex obiecto fine, & circumstantijs sit honestum dicatur & sit simpliciter bonum

in mori-

Arimini.
2. d. 26. q.
1. ar. 3. ad
argu.

Ochaz. I.
diss. 1. q. 1.
Geb. I. d. 1.
1. g. 1. & 2.
diss. 2. q.
1. Sct. lib. 1.
denat. &
graca. 2.
& 21.